Quelle: http://manuscripta.at/?ID=917
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

Et scandalizabantur i
illo. Et dicebat eis ihesus
Quia non est propheta sine
honore nisi in patria sua
et in cognatione sua et
in domo sua. Et non po
terat ibi virtutem ullam
facere nisi paucos infir
mos impositis manibus
curavit. Dominica iii ad Romanos
Fratres. Nolite esse pru
dentes apud vosmet
ipsos: nulli malum pro
malo reddentes: provide
tes bona non tantum
coram deo sed etiam coram
omnibus hominibus. Si fieri po
test quod ex vobis est. cum
omnibus hominibus pacem ha
bentes. Non vosmetipsos
defendentes karissimi. sed date
locum ire. Scriptum est
enim. Michi vindictam et
ego retribuam dicit dominus.
Sed si esurierit inimicus
tuus ciba illum. si sitit po
illi tum da. Hoc enim faciens:

carbones ignis congeres
super caput eius. Noli vin
ci a malo. sed vince in bo
no malum. Secundum Matheum.
In illo tempore. Cum descendis
set ihesus de monte: Et ecce
leprosus veniens adora
bat eum dicens. Domine si
vis potes me mundare.
Et extendens manum teti
git eum dicens. Volo.
Mundare. Et confestim
mundata est lepra eius.
Et ait illi ihesus. Vide ne
mini dixeris: sed vade os
tende te sacerdoti et offer
munus tuum quod precepit
moyses in testimonium
illis. Cum autem introisset
capharnaum: accessit ad
eum centurio rogans
eum et dicens. Domine pu
er meus iacet paraliticus
in domo et male torquetur.
Et ait illi ihesus. Ego ve
niam et curabo eum. Et re
spondens centurio ait. Do

et mirabantur propter
incredulitatem illorum

Recente st' cu tre multe